



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

XXXVII. Diffinitio quoad Imagines no[n]dum a Sede Apostolica
Canonizatoru[m], vel Beatificatorum, cum radijs, splendoribus, & laureolis
proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum sepulchra ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

§.4. Ac quod earundem praesentium
transumptis, etiam impressis, manu ali-
cuius Notarij publici subscriptis, & si-
gillo personae in dignitate ecclesiastica
constitutae munitis, eadem prorsus fides
in iudicio, & extra adhibetur, quae ipsis
praesentibus adhiberetur, si forent exhi-
bitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Dat. P. An. S.
sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis
1631. Pontificatus nostri anno octavo.
die 2. Aprilis.

Die, & Anno supradicto publicatae fue-
runt supradictae litterae per eorum affi-
xionem ad valvas Ecclesiae Lateranen.
& Basilicae Principis Apostolorum de
Urbe, & Cancellariae Apostolicae ac in
acie Campi Florae, alijsq. locis solitis,
& consuetis, ut moris est per me An-
dream Scalmanum S.D.N.Papae Curs.

XXXVII.

Dissertatio quoad Imagines nodum a Se-
de Apostolica Canonizatoru, vel Bea-
tificatorum, cum radijs, splendoribus,
& laureolis proponendas, vel tabel-
las, & luminaria ad eorum sepulchra-
apponenda, & cum attestationibus
desuper proponendis, recipienda, &

af-

122

asseruanda , siue eorum miracula in
imprimendis libris enarranda

Feria V. die 13. Martij , Anno a Natiuitate
D.N.IESV Christi. MDCXXV.

*In Generali Congregatione S.R. & Uni-
uersalis Inquisitionis habita in Pala-
tio Apostolico in Vaticano coram S.D.
N.D. Urbano diuina prouidentia Pa-
pa VIII. ac Illustriss. & Reuerendiss.
DD.S.R.E.Cardinalibus, aduersus hæ-
reticam prauitatem Inquisitoribus ge-
neralibus à sancta Sede Apostolica
specialiter deputatis.*

Edita A. D.
1625.

Sanctiss.D.N. solicite animaduertens
abuſus , qui irrepserunt , & quotidie
irrepere non cessant in colendis quibus-
dam cum Sanctitatis , aut Martyrij fa-
ma , vel opinione defunctis: qui , & si ne-
que Canonizationis , neque Beatifica-
tionis honore insigniti sint ab Apostoli-
ca Sede , eorum tamen Imagines in Orá-
torijs , atque Ecclesijs , aliquique locis pu-
blicis , ac etiam priuatis , cum laureolis ,
aut radijs , seu splendoribus proponun-
tur , miracula , & reuelationes , aliaque
beneficia , a Deo per eorum intercessio-
nes accepta , in libris rerum ab ipsis ge-
storum enarrantur , & ad illorum sepul-
chra ,

ehra, tabellæ, imagines, & res aliae ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

§.1. Volēsq. proinde huiusmodi abusibus, pro debito officij pastoralis, occurere, re etiam cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus, contra hereticam prauitatem in vniuersa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata, ac discussa; Declarauit, statuit, & decreuit, ne quorumvis hominum, cum Sanctitatis, seu Martyrij fama (quancumque illa sit) defunctorum Imagines; aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, seu priuatis, vel Ecclesijs, tam secularibus, quam regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ appositæ sunt) amoueantur, prout eas statim amoueri mandauit.

Prohibitio
vbiq; propo-
nēdi imagi-
nes cum lau-
re lis, rad'js,
vel splendo-
ribus.

suplantatio
de ceteris
liberis impo-
nendis
admodum

§.2. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, siue Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumque beneficia tamquam eorum

Libros etiā
ista continē-
tes impri-
mendi.

eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis, Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negocium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusq. responsum expectet: Reuelationes vero, & miracula, aliaq. beneficia supradicta, que in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censi vult, mandatq. sua Sanctitas.

Tabellasque
imagines, &
luminaria ad
eorum sepulchra
appo-
nendi.

Biblio. cordis
Bibliothecae SMI
-1593
Declaratio
in praedictis.

§.3. Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, imagines, ex cera, aut argento, seu ex aliqua quacumque materia, tam pietas, quam fictas, atque excultas appendi; aut affigi, & lampades, siue alia quacumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolicae referenda, ac probanda.

§.4. Declarans, quod per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabi-

lem

lēm temporis cursum, aut per Patrum, virorumq. Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicae, vel Ordinarij, coluntur.

§.5. Ut autem præmissa diligentius obseruentur, vniuersis, ac singulis, tam Ordinarijs, quam hæreticę prauitatis Inquisitoribus districte præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, vel Provincia sedulò peruigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaue contra superius disposita, fiant.

§.6. Transgressores verò, si Regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis actiua, & passiua, necnon & suspensionis a diuinis: si verò Clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis a diuinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectiuè, alijsque arbitrio prædictorum Ordiniorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

§.7. Qui autem libros impresserint, aut imagines pinxerint, seu sculpserint quoquomodo, effinxerint, vel formauerint, cæteriq. Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta om-

Pœnarum in
transgressores
impositio.

Et signanter
Impressores.

omnia amittant, & insuper pecuniarijs' alijsque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem eoruindem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio infligendis.

*Derogatio
contrariorū.*

§.8. Contrarijs quibuscunque non obstantibus.

*Efficacia pu-
blicationis
factæ Romæ.*

§.9. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, ut Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorū Vrbis, ac in acie Campi Floræ affixum, omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si vniuersique personaliter intimatum fuisset.

*Transumpto
cum fides.*

§.10. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habetur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Io. Antonius Thomasius S.R. &
vniuersalis Inquisit. Not.*

*Anno millesimo sexcentesimo vigesimo
quinto, Indictione 8. Pontificatus Sæ-
tiss. D.N.D. Urbani diuina prouiden-
tia Papæ viij. anno eius secundo die ve-
ro quarta mensis Aprilis, supradictum
De-*

Decretum affixum, & publicatum fuit
ad valesas Basilicæ Principis Aposto-
lorum de Urbe, & in acie Campi Flo-
ræ, ut moris est, per me Brādimartem
Latinum S.D.N.Papæ Curs.

Octavius Spada Mag.Curs.

L.

Prohibitio ne degentes in Statu Eccle-
siastico mediate, vel immediate Sedi
Apostolicae subiecto, libros ab eis vbi-
cumque compositos de quacumque
materia tractantes, absque Cardina-
lis Vicarij, & Magistri Sacri Palatij
in Urbe, & extra eam absque Ordina-
rij, & Inquisitoris loci licentia defe-
rant, aut imprimendos transmittant.

Feria 5. Die 18. Septembris

M D C X X V.

In Generali Congregatione S. Romanae
& Vniuersalis Inquisitionis habita in
Palatio Apostolico Montis Quirina-
lis coram Sanctiss.D.N.D.Vrbano di-
na prouidentia Papa Octauo, ac Illu-
strissimis, & Reuerendissimis DD.
S.R.E. Cardinalib. aduersus hæreticā
prauitatem Inquisitoribus Generali-
bus

Edita A. D.
1625.